

MUSIC OF THE SARUM OFFICE

TOME A.
Fascicule 12.
Pages [349]-[372].

Psalterium.
Psalmi Penitentiali.
Letania.
Tabula Psalterii.

Edited by William Renwick.

HAMILTON ONTARIO.
THE GREGORIAN INSTITUTE OF CANADA.
MMVII.

Music of the Sarum Office is published by The Gregorian Institute of Canada/L'Institut Grégorien de Canada, 45 Mercer Street, Dundas, Ontario, Canada L9H 2N8. The Gregorian Institute of Canada is affiliated with the School of the Arts, McMaster University.

Music of the Sarum Office is distributed over the internet through .pdf files located at: www.humanities.mcmaster.ca/~renwick/sarum-01.htm

This document first published January 1, 2007.

Revised July 1, 2007; December 1, 2007, January 1, 2008.

All rights reserved. This publication may be downloaded and stored on personal computers, and may be printed for purposes of research, study, education, and performance. No part of this publication may be uploaded, printed for sale or distribution, or otherwise transmitted or sold, without the prior permission in writing of the Gregorian Institute of Canada.

The Gregorian Institute of Canada/L'Institut Grégorien du Canada is a charitable organization registered by the Federal Government of Canada.

Web site address: www.gregorian.ca

© The Gregorian Institute of Canada, 2007.



PSALMI PENITENTIALES.¹

Hac die [Feria quarta in Capite Jejunii] [clerici] post sextam prosternant se in choro et episcopus [vel] officii executor ante altare et dicant septem psalmos penitentiales cum hac antiphona Ne reminiscáris et cum Glória Patri in fine cujuslibet psalmi.²

Contra Iram. Psalmus [vj].

Domine ne in furóre tuo árguas me : * neque in ira tua corrípias me.

Miserére mei Dómine, quóniam infirmus sum : * sana me Dómine quóniam conturbáta sunt ossa mea.

Et ánima mea turbáta est valde : * et tu Dómine úsquequo ?

Convértere Dómine et eripe ánimam meam : * salvum me fac propter misericórdiam tuam.

Quóniam non est in morte qui memor sit tui : * in inférno autem quis confitébitur tibi ?

Laborávi in gémitu meo : * lavábo per síngulas noctes lectum meum láchrymis meis stratum meum

rigábo.

Turbátus est a furóre óculus meus : * inveterávi inter omnes inimícos meos.

Discédite a me omnes qui operámini iniquitátem : * quóniam exaudivit Dóminus vocem fletus mei.

Exaudivit Dóminus deprecationem meam : * Dóminus orationem meam suscepit.

Erubéscant et conturbéntur vehementer omnes inimíci mei : * convertántur et erubéscant valde velóciter.

Glória Patri.

Contra Superbiam. Psalmus [xxxj].

Beáti quorum remísse sunt iniquitátes : * et quorum tecta

sunt peccáta.

Beatus vir cui non imputávit

Dóminus peccátum : * nec est in spíritu ejus dolus.

Quóniam táci inveteravérunt ossa mea : * dum clamárem tota die.

Quóniam die ac nocte graváta est super me manus tua : * convérsus sum in erúmna mea dum confígitur spina.

Delíctum meum cógnitum tibi feci : * et injustítiam meam non abscondí.

Dixi Confitébor advérsus me injustítiam meam Dómino : * et tu remisísti impietátem peccáti mei.

Pro hac orábit ad te ómnis sanctus : * in témpore opportúno.

Verúntamen in dilúvio aquárum multárum : * ad eum non approxímábunt.

Tu es refúgium meum a tribu-

latióne que circundédit me : * exultátio mea erue me a circundántibus me.

Intelléctum tibi dabo et ínstruam te in via hac qua gradiéris : * firmábo super te óculos meos.

Nolíte fieri sicut equus et mulus : * quibus non est intelléctus.

In chamo et freno maxíllas eórum constrínge : * qui non appróximant ad te.

Multa flagélla peccatóris : * sperántem autem in Dómino misericórdia circundábit.

Letámini in Dómino et exultáte justi : * et gloriámini omnes recti corde.

Glória Patri.

Contra Gulam. Psalmus [xxxvij].

Domine ne in furóre tuo árguas me : * neque in ira tua corrípias me.

Quóniam sagítte tue infíxe sunt michi : * et confirmásti super me manum tuam.

Non est sánitas in carne mea a fácie ire tue : * non est pax óssibus meis a fácie peccatórum meórum.

Quóniam iniquitátes mee supergrésse sunt caput meum : * et sicut onus grave graváte sunt super me.

Putruérunt et corrúpte sunt cicatríces mee : * a facie insipiéntie mee.

Miser factus sum et curvátus sum usque in finem : * tota die contristátus ingrediébar.

Quóniam lumbi mei impléti sunt illusióne : * et non est sánitas in carno mea.

Afflíctus sum et humiliátus sum nimis : * rugiébam a gémitu cordis

mei.

Dómine ante te omne desidérium meum : * et gémitus meus a te non est absconditus.

Cor meum conturbátum est : * derelíquit me virtus mea et lumen oculórum meórum, et ipsum non est mecum.

Amíci mei et próximi mei : * advérsus me appropinquavérunt et stetérunt.

Et qui juxta me erant de longe stetérunt : * et vim faciébant qui querébant ánimam meam.

Et qui inquirébant mala michi locúti sunt vanitátes : * et dolos tota die meditabántur.

Ego autem tanquam surdus non audiébam : * et sicut mutus non apériens os suum.

Et factus sum sicut homo non áudiens : * et non habens in ore suo

redargutiónes.

Quóniam in te Dómine sperávi : *
tu exáudies [me], Dómine Deus
meus.

Quia dixi Nequándo supergáudeant
mihi inimíci mei : * et dum
commovéntur pedes mei super me
magna locúti sunt.

Quóniam ego in flagélla parátus
sum : * et dolor meus in conspéctu
meo semper.

Quóniam iniquitátem meam an-
nuntiábo : * et cogitábo pro peccáto

meo.

Inimíci autem mei vivunt, et
confirmáti sunt super me : * et
multiplicáti sunt qui odérunt me
iníque.

Qui retríbunt mala pro bonis
detrahébant michi : * quóniam se-
québar bonitátem.

Ne derelínquas me Dómine : *
Deus meus ne discésseris a me.

Inténde in adiutorium meum Dó-
mine : * Deus salútis mee.

Glória Patri.

Contra Luxuriam. Psalmus [I].

Miserére mei Deus : * secúndum
magnam misericórdiam tuam.

Et secúndum multitudínem mise-
rationum tuárum : * dele iniquitátem
meam.

Amplius lava me ab iniquitáte mea : *
et a peccáto meo munda me.

Quóniam iniquitátem meam ego
cognóscó : * et peccátum meum
contra me est semper.

Tibi soli peccávi et malum coram
te feci : * ut justificéris in
sermónibus tuis et vincas cum
judicáris.

Ecce enim in iniquitátibus con-
céptus sum : * et in peccátis concépit
me mater mea.

Ecce enim veritátem dilexísti : *
incérta et occúlta sapiéntie tue
manifestásti michi.

Aspérges me ysópo et mundábor : *
lavábis me et super nivem dealbábor.

Auditui meo dabis gáudium et
letítiam : * et exultábunt ossa
humiliáta.

Avérte fáciem tuam a peccátis meis : *
et omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me Deus : *

et spíritum rectum ínnova in
viscéribus meis.

Ne projícias me a fácie tua : * et
spíritum sanctum tuum ne áuferas a
me.

Redde michi letítiam salutáris tui : *
et spíritu principáli confírma me.

Docébo iníquos vias tuas : * et
ímpii ad te converténtur.

Líbera me de sanguínibus Deus
Deus salútis mee : * et exultábit lin-
gua mea justítiam tuam.

Dómine lábia mea apéries : * et os
meum annuntiábit laudem tuam.

Quóniam si voluísset sacrificium
dedíssem : * útique olocáustis non
delectáberis.

Sacrificium Deo spíritus contribu-
látus : * cor contrítum et humiliátum
Deus non despícies.

Benígne fac Dómine in bona
voluntáte tua Syon : * et edificéntur
muri Hierúsalem.

Tunc acceptábis sacrificium justí-
tie oblatiões et olocáusta : * tunc
impónent super altáre tuum vítulos.

Glória Patri et Fílio.

Contra Avaritiam. Psalmus [cj].

Domine exáudi oratióem meam :
* et clamor meus ad te véniat.

Non avértas fáciem tuam a me : *
in quacúnque die tríbulor inclína ad
me aurem tuam.

In quacúnque die invocávero te : *
velóciter exáudi me.

Quia defecérunt sicut fumus dies
mei : * et ossa mea sicut crémium
aruérunt.

Percússus sum ut fenum, et áruit
cor meum : * quia oblítus sum
comédere panem meum.

A voce gémitus mei : * adhésit os
meum carni mee.

Símilis factus sum pellicáno
solitúdinis : * factus sum sicut
nictícorax in domicílio.

Vigilávi : * et factus sum sicut pas-
ser solitárius in tecto.

Tota die exprobrábant michi
inimíci mei : * et qui laudábant me
advérsus me jurábant,

Quia cínerem tanquam panem
manducábam : * et potum meum
cum fletu miscébam.

A fácie ire indignatiónis tue : *
quia élevans allisísti me.

Dies mei sicut umbra declinavérunt : *
et ego sicut fenum áruí.

Tu autem Dómine in etérnum
pérmanes : * et memoriále tuum in
generatióne et generatióne.

Tu exúrgens Dómine miseréberis
Syon : * quia tempus miseréndi ejus
quia venit tempus.

Quóniam placuérunt servis tuis
lápides ejus : * et terra ejus mise-

rebúntur.

Et tímébunt gentes nomen tuum
Dómine : * et omnes reges terre
glóriam tuam.

Quia edificávit Dóminus Syon : *
et vidébitur in glória sua.

Respéxit in oratióem humílium : *
et non sprevit precem eórum.

Scribántur hec in generatióne áltera : *
et pópulus qui creábitur laudábit
Dóminum.

Quia prospéxit de excélso sancto
suo : * Dóminus de celo in terram
aspéxit ;

Ut audíret gémitus compeditórum : *
ut sólveret filios interemptórum.

Ut annúntient in Syon nomen
Dómini : * et laudem ejus in
Hierúsalem.

In conveniéndo pópulos in unum : *
et reges ut sérviant Dómino.

Respóndit ei in via virtútis sue : *
Paucitátem diérum meórum núntia
mihi.

Ne révoce me in dimídio diérum
meórum : * in generatióne et gene-
ratióne anni tui.

Inítio tu Dómine terram fundásti : *
et ópera mánuum tuárum sunt celi.

Ipsi períbunt tu autem pérmanes : *
et omnes sicut vestiméntum
veteráscent ;

Et sicut opertórium mutábis eos et
mutabúntur : * tu autem idem ipse es
et anni tui non defícient.

Fílii servórum tuórum habitábunt : *
et semen eórum in séculum dirigétur.

Glória Patri.

Contra invidiam. Psalmus [cxxxix].

DE profúndis clamávi ad te Dó-
mine : * Dómine exáudi vocem

meam.

Fiant aures tue intendéntes : * in

vocem deprecationis mee.

Si iniquitates observáveris Dómine : *
Dómine quis sustinébit ?

Quia apud te propitiatio est : * et
propter legem tuam sustínui te
Dómine.

Sustínuit ánima mea in verbo ejus : *
sperávit ánima mea in Dómino.

A custódia matutína usque ad
noctem : * speret Israel in Dómino.

Quia apud Dóminum misericórdia : *
et copiósá apud eum redéemptio.

Et ipse rédimet Israel : * ex ómni-
bus iniquitatibus ejus.

Glória Patri.

Contra Accidiam. Psalmus [cxlij].

Domine exáudi oratióem meam : *
áuribus pércipe obsecratióem
meam in veritate tua exáudi me in
tua justítia.

Et non intres in iudícium cum
servo tuo : * quia non justificábitur
in conspéctu tuo omnis vivens.

Quia persecútus est inimícus
ánimam meam : * humiliávit in terra
vitam meam.

Collocávit me in obsúris sicut
mórtuos séculi : * et ansiátus est su-
per me spíritus meus, in me turbátum
est cor meum.

Memor fui diérum antiquórum
meditátus sum in ómnibus opéribus
tuis : * in factis mánuum tuárum
meditábar.

Expándi manus meas ad te : *
ánima mea sicut terra sine aqua tibi.

Velóciter exáudi me Dómine : *
defécit spíritus meus.

Non avértas fáciem tuam a me : *

et símilis ero descendéntibus in
lacum.

Audítam fac michi mane miseri-
córdiam tuam : * quia in te sperávi.

Notam fac michi viam in qua
ámbulem : * quia ad te levávi
ánimam meam.

Eripe me de inimícis meis Dómine
ad te confúgi : * doce me fácere
voluntátem tuam quia Deus meus es
tu.

Spíritus tuus bonus dedúcet me in
terram rectam : * propter nomen
tuum Dómine vivificábis me in
equitate tua.

Edúces de tribulatióne ánimam
meam : * et in misericórdia tua
dispérdes [omnes] inimícos meos.

Et perdes omnes qui tríbulant
ánimam meam : * quóniam ego
servus tuus sum.

Glória Patri.

Antiphona. Ne reminiscáris Dómine delícta nostra vel paréntum nostrórum
neque vindíctam sumas de peccátis nostris. *Non dicitur ulterius quando dicitur in
choro.* Parce Dómine parce pópulo tuo quem redemísti pretiósó sángine tuo ne in
etérnum irascáris nobis : et ne des hereditátem tuam in perditionem : ne in
etérnum obliviscáris nobis.

*Et hec omnia sine nota dicantur tam a sacerdote quam a toto choro.*³

*In fine autem psalmorum dum dicitur antiphona erigat se officii executor
scilicet episcopus si presens est ad altare vel ejus vicarius ad gradum altaris, et*

Psalmi Penitentiales.

*ibi absolvat clerum et populum cum oracionibus que continentur in ordinali ad missam hujus diei ; deinde fiat benedictio cinerum.*⁴

LETANIA [MAJOR].

NOTANDUM *quod omni feriali die per totam Quadragesimam dicitur Letania sicut in secunda feria usque ad ordinem martyrum. Et a Propítius esto. usque ad finem. Et quicquid sacerdos dicit de Letania, chorus idem repetat plene et integre usque ad prolationem Ut pacem nobis dones. tunc respondent chorus Te rogámus audi nos. tantum : et sic de singulis usque ad Fili Dei, Te rogámus audi nos, tunc respondent chorus idem : et sic de singulis usque ad Kyri eléyson. Christe eléyson. Kyri eléyson.*

Letania. Feria secunda.

1519-P:172r; SP:164r.; SB-P:250.⁵

K Y-ri- e-léyson. *ij.* Chris-te- e-léyson. *ij.* Chris-te

audi nos. *ij.* Pa-ter de ce-lis De-us, Mi-se-ré-re no-bis. *ij.*


Fi-li Re-démptor mundi De-us, Mi-se-ré-re no-bis. *ij.*

Spí-ri-tus sancte De-us, Mi-se-ré-re no-bis. *ij.* Sancta


Trí-ni-tas u-nus De-us, Mi-se-ré-re no-bis. *ij.* Sancta

Ma-rí-a o-ra pro no-bis. *ij.*

Letania.




Omnes sancte Vír-gi-nes, O-rá-te pro-no-bis. Omnes



Sancti, o-rá-te pro no-bis.

Deinde stans sequatur :



Pro-pí-ci- us esto : parce no-bis Dómi-ne.

Chorus idem repetat. clerici prosequuntur sic versum :




Ab omni ma-lo, Lí-be-ra nos Dómi-ne.

Chorus idem repetat et sic de singulis versibus. Ut in secunda feria in rogacionibus.

Ab insídiis diaboli, Líbera.
A damnatióne perpétua, Líbera.
Ab imminéntibus peccatórum nos-
trórum perículis, Líbera.
Ab infestatióibus démonum, Lib.
A spírítu fornicatiónis, Líbera nos.
Ab appetítu inánis glórie, Líbera.
Ab omni immundítia mentis et cór-
poris, Líbera nos Dómine.
Ab ira et ódio, et omni mala volun-
táte, Líbera nos Dómine.
Ab immúndis cogitatióibus, Lib.
A cecitáte cordis, Líbera nos.
A fúlgure et tempestáte, Líbera.
A subitánea et improvísá morte, Lib.
Per mystérium sancte Incarnatiónis
tue, Líbera nos Dómine.


Per Nativitátem tuam, Líbera nos.
Per sanctam Circumcisiónem tuam,
Líbera nos Dómine.
Per Baptísmum tuum, Líbera nos.
Per Jejúnium tuum, Líbera.
Per Passiónem et Crucem tuam, Lib.
Per pretiósam Mortem tuam, Lib.
Per gloriósam Resurrectiónem tuam,
Líbera nos Dómine.
Per admirábilem Ascensiónem tuam,
Líbera nos Dómine.
Per grátiam Sancti Spírítus Paráclyti,
Líbera nos Dómine.
In hora mortis,
Succúrre nobis Dómine.
In die judícii, Líbera nos Dómine.

Letania.




Pecca-tó-res, Te ro-gámus audi nos.

Chorus idem. Clerici.




Ut pa-cem no-bis do-nes,

Chorus respondeat sic :




R. Te ro-gámus audi nos.

Clerici.



Ut mi-se-ri-córdi- a et pí- e-tas tu- a nos custó-di- at,

Chorus respondeat :



R. Te ro-gámus audi nos.

[*a sic de singulis dies in fer. i. rogacionibus.*]

Ut Ecclésiám tuam régere et de-
fensáre dignéris,

Te rogámus audi nos.

Ut domnum⁶ Apostólicum et omnes
gradus Ecclésiæ in sancta religióne
conserváre dignéris, Te rog.

Ut Episcopos et Abbátes nostros : in
sancta religióne conserváre digné-
ris, Te rogámus audi nos.

Ut Regi nostro et Príncipibus nostris
pacem et veram concórdiam atque
victóriam donáre dignéris,

Te rogámus audi nos.

Ut congregatiónes ómnium sanctórum

in tuo sancto servítio conserváre
dignéris, Te rogámus audi nos.

Ut cunctum pópulum Christiánum
pretióso Sáanguine tuo redemptum
conserváre dignéris, Te rogámus.

Ut ómnibus benefactóribus nostris
sempitérna bona retríbuas, Te rog.

Ut ánimas nostras et paréntum nos-
trórum ab etérna damnatióne erí-
pias, Te rogámus audi nos.


Ut fructus terre dare et conserváre
dignéris, Te rogámus audi nos.

Ut óculos misericórdie tue super nos
redúcere dignéris, Te rog.

Letania.


Ut obséquium servitútis nostre ratio-
nábile fácias, Te rog.
Ut mentes nostras ad celéstia desi-
déria érigas, Te rog.
Ut misérias páuperum et captivórum

intúeri et releváre dignéris, Te rog.
Ut ómnibus fidélibus defúntis ré-
quiem etérnam dones, Te rog.
Ut nos exáudire dignéris, Te rog.




Fi- li De- i, te ro- gámus audi nos.

Chorus idem.




∞. Agnus De- i qui tol- lis peccá- ta mundi : ex- áudi nos Dómi- ne.

Chorus idem.



∞. Agnus De- i qui tol- lis peccá- ta mundi : parce no- bis Dómi- ne.


Chorus idem.



∞. Agnus De- i qui tol- lis peccá- ta mundi : mi- se- ré- re no- bis.

Chorus idem.


Clerici.



Ky- ri- e- léyson.

Chorus idem.

Clerici.




Chris- te- léyson.

Chorus idem.


Letania.

Clerici.




Ky-ri- e- léyson.

[*Chorus idem.*]




℣. Pa-ter noster. [3].


[*secreto usque ad*]




℣. Et ne nos indú-cas in tenta-ti- ó-nem. ℞. Sed lí-be-ra nos




a ma-lo. ℣. Osténde no-bis Dómi-ne mi-se-ri-córdi- am




tu- am. ℞. Et sa-lu-tá-re tu-um da no-bis. ℣. Et vé-ni- at




su-per nos mi-se-ri-córdi- a tu- a Dómi-ne. ℞. Sa-lu-tá-re



tu- um se-cúndum e-lóqui- um tu- um. ℣. Peccá-vimus cum




pá-tri-bus nostris. ℞. Injúste é-gimus, i-niqui-tá-tem fé-cimus.




℣. Dómi-ne non se-cúndum peccá-ta nostra fá-ci- as nos.


Letania.




R. Neque se-cúndum i-niqui-tá-tes nostras re-trí-bu- as no-bis.




V. O-rémus pro omni gra-du Ecclé-si- e. *R.* Sa-cerdó-tes




tu- i in-duántur jus-tí- ti- am, et sancti tu- i ex-úl-tent.




V. Pro frá-tri-bus et so-ró-ri-bus nostris. *R.* Salvos fac servos




tu- os et ancíl-las tu- as : De- us me- us spe-rántes in te.




V. Pro cuncto pópu-lo Chri- sti- á- no. *R.* Salvum fac pópu- lum



tu- um Dómi- ne et bé- ne- dic he- re- di- tá- ti tu- e : et re- ge




e- os et extól- le il- los usque in e- té- rnum. *V.* Dómi- ne fi- at



pax in vir- tú- te tu- a. *R.* Et a- bundánti- a in tú- ri- bus tu- is.

Letania.



℣. A-nime famu-ló-rum famu-la-rúmque tu-á-rum requi-
 éscant in pa-ce. *℞.* Amen. *℣.* Dómi-ne ex-áudi o-ra-ti-ó-
 nem me-am. *℞.* Et clamor me-us ad te vé-ni-at. *℣.* Dómi-nus
 vo-bíscum. *℞.* Et cum spí-ri-ri-tu tu-o. *℣.* O-rémus.

[Oratio.]

Deus cui próprium est miseréri
semper et párcere, súscipe
deprecatiónem nostram ut quos

delictórum caténa constríngit, mise-
rátio tue pietátis absólvat. Per
Christum Dóminum nostrum.

Orémus.

[Oratio.]

OMnípotens sempitérne Deus :
qui facis mirabília magna solus :
preténde super fámulos tuos Pon-
tífices et super cunctas congre-

gatiónes illis commíssas spíritum
grátie salutáris : et ut in veritáte tibi
compláceant : perpétuum eis rorem
tue benedictiónis infúnde.

Oratio.

Deus qui charitátis dona per grá-
tiam Sancti Spíritus tuórum
córdibus fidélium infúndis : da
fámulis et famulábus tuis : frátribus
et soróribus nostris pro quibus tuam

deprecámur cleméntiam salútem
mentis et córporis : ut te tota virtúte
dílignant : et que tibi plácita sunt tota
dilectiône perfícient.

Oratio.

Deus a quo sancta desidéria recta
consília et justa sunt ópera da
servis tuis illam quam mundus dare
non potest pacem : ut et corda nostra

mandátis tuis dédita : et, hóstium
subláta formídine, témpora sint tua
protectiône tranquílla.

Oratio.

Ineffabilem misericordiam tuam
nobis quæsumus Dómine cle-
mémenter osténde : ut simul nos et a

peccátis ómnibus éxuas, et a penis
quas pro his merémur benignus
erípias.

Oratio.

Fidélium Deus ómnium Cónditor
et Redémptor, animábus ómni-
um fidélium defunctorum, remissi-
ónem cunctórum tríbue peccatórum :

ut indulgéntiam quam semper
optavérunt piis supplicatióibus
consequántur.

Oratio.

Pietáte tua quæsumus Dómine
nostrórum solve víncula
ómnium delictórum, et intercedénte
beáta et gloriósa sempérque vírgine
Dei genitrice María cum ómnibus
Sanctis tuis nos fámulos tuos, et
omnem pópulum Cathólicum in
omni sanctitáte custódi, omnésque
consanguinitáte ac familiaritáte, vel
confessióne et oratióne nobis

junctos, seu omnes Christiános, a
vítiis purga, virtútibus illústra, pacem
et salutem nobis tríbue, hostes
visíbiles et invisíbiles rémove,
pestem repélle : amícis et inimícis
nostris charitátem largíre, et ómnibus
fidélibus vivis ac defúntis in terra
vivéntium, vitam et réquiem etérnam
concéde. Per éundem Christum
Dóminum nostrum. [*R?*] Amen.

Feria tertia in Quadragesima Ordo martyrum, etc.

Sancte Thoma, ora pro nobis.
Sancte Sixte, or.
Sancte Cornéli, or.
Sancte Cypriáne, or.
Sancte Johánnes, or.
Sancte Paule, or.
Sancte Marcélline, or.
Sancte Petre, or.
Sancte Vite, or.
Sancte Modéste, or.
Sancte Adriáne, or.
Sancte Nichási cum sóciis tuis, or.
Sancte Eustáchi cum sóciis tuis, or.
Omnes sancti Mártyres,
oráte pro nobis.
Sancte Gregóri, ora pro nobis.
Sancte Augustíne, ora pro nobis.
Sancte Ambrósi, or.
Sancte Remígi, or.

Sancte Donatiáne, or.
Sancte Elígi, or.
Sancte Audomáre, or.
Sancte Sulpíci, or.
Sancte Patérne, or.
Sancte Patríci, or.
Sancte Dúnstane, or.
Sancte Grimbálde, or.
Omnes sancti Confessóres,
Oráte pro nobis.
Omnes sancti Monáchi et Heremíte.
Oráte pro nobis.
Sancta Felícitas, ora pro nobis.
Sancta Perpétua, or.
Sancta Colúmba, or.
Sancta Cristína, or.
Sancta Eulália, or.
Sancta Eufémia, or.
Sancta Eugénia, or.

Letania.

Sancta Gertrúdis,	or.	Propítius esto : Parce nobis Dómine.
Sancta Ragenflédis,	or.	[Ab omni malo Líbera nos Dómine.
Sancta Batíldis,	or.	Ab insídiis diabóli,
Sancta Anastásia,	or.	Líbera nos Dómine.
Sancta Etheldréda,	or.	A damnátione perpétua, Lib.
Omnes sancte Vírgines,		Ab imminéntibus peccatórum nos-
	Oráte pro nobis.	trórum <i>etc. ut supra</i> [355].]
Omnes Sancti,	Oráte pro nobis.	

Feria quarta in XL. Ordo Martyrum.

Sancte Laurénti,	ora pro nobis.	Sancte Táurine,	or.
Sancte Tibúrti,	or.	Sancte Cúthberte,	or.
Sancte Valeriáne,	or.	Omnes sancti Confessóres,	Oráte.
Sancte Prothe,	or.	Omnes sancti Monáchi et Heremíte.	
Sancte Hiacínthe,	or.		Oráte pro nobis.
Sancte Abdon,	or.	Sancta Agatha,	ora pro nobis.
Sancte Sennes,	or.	Sancta Susánna,	or.
Sancte Thymótee,	or.	Sancta Brígida,	or.
Sancte Apolináris,	or.	Sancta Bárbara,	or.
Sancte Satúrnine,	or.	Sancta Marína,	or.
Sancte Mauríci cum sóciis tuis,	or.	Sancta Martína,	or.
Sancte Géreon cum sóciis tuis,	or.	Sancta Felícula,	or.
Omnes sancti Mártyres,	Oráte.	Sancta Julíta,	or.
Sancte Hýlari,	ora pro nobis.	Sancta Sapiéntia,	or.
Sancte Mártine,	or.	Sancta Fides,	or.
Sancte Brici,	or.	Sancta Spes,	or.
Sancte Amánde,	or.	Sancta Cháritas,	or.
Sancte Vedáste,	or.	Omnes sancte Vírgines,	Oráte pro n.
Sancte Germáne,	or.	Omnes Sancti,	Oráte pro nobis.
Sancte Ausbérite,	or.	Propítius esto : Parce nobis Dómine.	
Sancte Wlfránne,	or.	Ab omni malo, Líbera nos Dómine	
Sancto Arnúlphe,	or.	<i>etc. ut supra</i> , [355].	
Sancte Sílvine,	or.		

Feria quinta in Quadragesima.

Sancte Vincénti,	ora pro nobis.	Sancte Gorgóni,	or.
Sancte Gervási,	or.	Sancte Achíllee,	or.
Sancte Prothási,	or.	Sancte Ypólite cum sóciis tuis,	or.
Sancte Tymóthee,	or.	Sancte Lucíane cum sóciis tuis,	or.
Sancte Simphoriáne,	or.	Omnes sancti Mártyres,	Oráte p. n.
Sancte Felicíssime,	or.	Sancte Nicoláe,	ora pro nobis.
Sancte Agápíte,	or.	Sancte Audoéne,	or.
Sancte Albane,	or.	Sancte Románe,	or.

Letania.

Sancte Laude,	or.	Sancta Austrobérta,	or.
Sancte Machúte,	or.	Sancta Emerentiána,	or.
Sancte Sanson,	or.	Sancta Potentiána,	or.
Sancte Plácide,	or.	Sancta Oportúna,	or.
Sancte Columbáne,	or.	Sancta Sophía,	or.
Sancto Authóni,	or.	Sancta Juliána,	or.
Sancto Machári,	or.	Sancta Béatrix,	or.
Sancte Richári [Richárde],	or.	Sancta Crescéntia,	or.
Sancte Ethelwólde,	or.	Sancta Walbúrgis,	or.
Omnes sancti Confessóres,	Oráte.	Sancta Ermeníldis,	or.
Omnes sancti Monáchi et Heremíte,	Oráte pro nobis.	Omnes sancte Vírgines,	Oráte pro.
Sancta Cecília,	or.	Omnes Sancti,	Oráte pro nobis.
Sancta Fides,	or.	Propítius esto : Parce nobis Dómine.	
		[<i>etc. ut supra</i> , [355].]	

Feria, sexta in Quadragesima.

Sancte Quíntine,	ora pro nobis.	Sancte Pétroce,	or.
Sancte Christofóre,	or.	Sancte Bótulphe,	or.
Sancte Lambérte,	or.	Omnes sancti Confessóres,	
Sancte Geórgi,	or.		Oráte pro.
Sancte Marcéлле,	or.	Omnes sancti Monáchi et Heremíte,	
Sancte Theodóre,	or.		Oráte pro nobis.
Sancte Valentíne,	or.	Sancta Lúcia,	ora pro nobis.
Sancte Grisógone,	or.	Sancta Katherína,	or.
Sancte Felix,	or.	Sancta Sabína,	or.
Sancte Adáucte,	or.	Sancta Justína,	or.
Sancte Bonifáci cum sóciis tuis,	or.	Sancta Eufráxia,	or.
Sancte Kyriáne [Kylíane, 1526] cum sóciis tuis,	or.	Sancta Fausta,	or.
Omnes sancti Mártires,	Oráte p. n.	Sancta Monegúndis,	or.
Sancte Benedícete,	ora pro nobis.	Sancta Aldegúndis,	or.
Sancte Maure,	or.	Sancta Radegúndis,	or.
Sancte Maióle,	or.	Sancta Piéntia,	or.
Sancte Egidi,	ora pro nobis.	Sancta Benígna,	or.
Sancte Wandregísile,	or.	Sancta Walbúrgis,	or.
Sancte Wólmare,	or.	[Sancta Radegúndis,	or.]
Sancte Philibérte,	or.	Omnes sancte Vírgines,	Oráte pro.
Sancte Bértine,	or.	Omnes Sancti,	Oráte pro nobis.
Sancte Wínnoce,	or.	Propítius esto : Parce nobis Dómine.	
Sancte Júdoce,	or.	[<i>etc. ut supra</i> , [355].]	

Letania.

Sabbato in Quadragesima.

Sancte Calíxte,	ora pro nobis.	Sancte Leonárde,	or.
Sancte Urbáne,	or.	Sancte Athanási,	or.
Sancte Magne,	or.	Sancte Oswalde,	or.
Sancte Menna,	or.	Omnes sancti Confessóres,	Oráte.
Sancte Ruphe,	or.	Omnes sancti Monáchi et Heremíte,	
Sancte Valéri,	or.		Oráte pro nobis.
Sancte Procésse,	or.	Sancta Agnes,	ora pro nobis.
Sancte Martiniáne,	ora pro nobis.	Sancta Benedícta,	or.
Sancte Marce,	or.	Sancta Martha,	or.
Sancte Marcelliáne,	or.	Sancta Heléna,	or.
Sancte Gordiáne cum sóciis tuis,	or.	Sancta Euprépia,	or.
Sancte Pancráci cum sóciis tuis,	or.	Sancta Cándida,	or.
Omnes sancti Mártyres,	Oráte pro.	Sancta Basilíssa,	or.
Sancte Aldelme,	ora pro nobis.	Sancta Bálbina,	or.
Sancte Aníáne,	or.	Sancta Ursula,	or.
Sancte Ewrci,	or.	Sancta Victória,	or.
Sancte Basíli,	or.	Sancta Coróna,	or.
Sancte Maurílli,	or.	Sancta Sexbúrgis,	or.
Sancte Germáne,	or.	Omnes sancte Vírgines,	Oráte.
Sancte Ausberte,	or.	Omnes Sancti,	Oráte pro nobis.
Sancte Mamerte,	or.	Propítius esto : Parce nobis Dómine	
Sancte Wilíbrorde,	or.	<i>etc. ut supra, [355].</i>	

Finit Psalterium secundum usum Sarum.

TABULA PSALTERII.⁷

ORDINE ALPHABETICO AD INVENIENDUM QUOTO FOLICULO UNUSQUISQUE PSLAMUS SITUETUR.

[priore numero *Psalmum*, posteriore *paginulam* indicante].⁸

	A.	
Ad te levávi óculos.	(<i>cxvii.</i>)	[53].
Ad te Dómine levávi.	(<i>xxiv.</i>)	[85].
Ad te Domine clamabo.	(<i>xxvii.</i>)	[140].
Afférte Dómino fílii.	(<i>xxviii.</i>)	[141].
Audíte hec omnes.	(<i>xlviii.</i>)	[181].
Atténdite pópule.	(<i>lxxvii.</i>)	[216].
Audíte celi que loquor.	(<i>Moysi.</i>)	[259].
Ad Dóminum cum tribulárer.	(<i>cxix.</i>)	[273].
	B.	
Beátus vir qui non.	(<i>i.</i>)	[14].
Benedícite ómnia ópera Dómino.	(<i>Trium Puerorum.</i>)	[45].
Benedíctus Dóminus.	(<i>Zacharie.</i>)	[52].
Beáti immaculáti.	(<i>cxviii. i. [aleph]</i>)	[88].
Bonitátem fecísti.	(<i>cxviii. v. [teth]</i>)	[117].
Beáti quorum.	(<i>xxxi.</i>)	[143].
Benedícam Dóminum in.	(<i>xxxiii.</i>)	[145].
Beátus qui intélligit.	(<i>xl.</i>)	[176].
Benedixísti Dómine.	(<i>lxxxiv.</i>)	[230].
Bonum est confitéri.	(<i>xcv.</i>)	[235].
Bénedic ánima. <i>i.</i>	(<i>cii.</i>)	[249].
Bénedic ánima. <i>ii.</i>	(<i>ciii.</i>)	[250].
Bonum est confitéri Dómino	(<i>xvi.</i>)	[258].
Beátus vir qui timet.	(<i>cxv.</i>)	[265].
Beáti omnes qui timent.	(<i>cxvii.</i>)	[282].
Benedíctus Dóminus Deus meus qui docet.	(<i>cxliii.</i>)	[299].
	C.	
Cum invocárem.	(<i>iv.</i>)	[15].
Confitébor tibi Dómine in.	(<i>ix.</i>)	[19].
Consérva me Dómine.	(<i>xv.</i>)	[25].
Celi enárrant.	(<i>xviii.</i>)	[33].
Cantáte Dómino [cánticum novum]. <i>iii.</i>	(<i>cxlix.</i>)	[47].
Confitémini Dómino [quóniam]. <i>iiij.</i>	(<i>cxvii.</i>)	[87].

Tabula Psalterii.

Clamávi in toto corde.	(<i>cxviii.</i> x. [<i>koph</i>])	[133].
Confitébor tibi Dómine quóniam irátus es.	(<i>Esaie.</i>)	[153].
Confitébimur tibi [Deus].	(<i>lxxiv.</i>)	[214].
Cantémus Dómino [glorióse].	(<i>Moysi.</i>)	[222].
Cantáte Dómino cánticum <i>j.</i>	(<i>xcv.</i>)	[237].
Cantáte Dómino cánticum <i>ij.</i>	(<i>xcvii.</i>)	[246].
Confitémini Dómino [et invocáte] <i>j.</i>	(<i>civ.</i>)	[251].
Confitémini [Dómino quóniam] <i>ij.</i>	(<i>cv.</i>)	[252].
Confitémini [Dómino quóniam] <i>ijj.</i>	(<i>cvi.</i>)	[254].
Confitébor [tibi Dómine] <i>ij.</i>	(<i>cx.</i>)	[265].
Credídi propter.	(<i>cxv.</i>)	[272].
Confitémini [Dómino quóniam] <i>v.</i>	(<i>cxv.</i>)	[288].
Confitébor [tibi Dómine] <i>ijj.</i>	(<i>cxvii.</i>)	[292].

D.

Dómine quid multiplicáti.	(<i>iii.</i>)	[15].
Dómine ne in furóre <i>j.</i>	(<i>vi.</i>)	[16].
Dómine Deus meus in te.	(<i>vii.</i>)	[18].
Dómine Dóminus noster.	(<i>viii.</i>)	[18].
Dixit insípiens.	(<i>xiii.</i>)	[22].
Dómine quis habitábit.	(<i>xiv.</i>)	[23].
Díligam te Dómine.	(<i>xvii.</i>)	[29].
Dómine in virtúte.	(<i>xx.</i>)	[36].
Dóminus regnávit, decórem.	(<i>xcii.</i>)	[43].
Deus Deus meus ad.	(<i>lxii.</i>)	[44].
Deus misereátur.	(<i>lxvi.</i>)	[45].
Deus Deus meus réspice.	(<i>xxi.</i>)	[83].
Dóminus regit me.	(<i>xxii.</i>)	[84].
Dómini est terra.	(<i>xxiii.</i>)	[85].
Deus in nómine tuo.	(<i>liii.</i>)	[86].
Defécit in salutáre.	(<i>cxviii.</i> vj. [<i>caph</i>])	[124].
Dóminus illuminátio.	(<i>xxvi.</i>)	[140].
Dixit injústus.	(<i>xxxv.</i>)	[147].
Dómine ne in furóre. <i>ij.</i>	(<i>xxxvii.</i>)	[149].
Dixi Custódiam.	(<i>xxxviii.</i>)	[175].
Deus áuribus.	(<i>xliii.</i>)	[178].
Deus noster refúgium.	(<i>xliv.</i>)	[180].
Deus deórum.	(<i>xliv.</i>)	[182].
Dixit insípiens.	(<i>lii.</i>)	[192].
Deus in nómine.	(<i>liii.</i>)	[192].
Deus reppulísti.	(<i>lix.</i>)	[196].
Deus in adjutórium.	(<i>lxix.</i>)	[209].
Deus júdicium.	(<i>lxxi.</i>)	[211].

Tabula Psalterii.

Deus, venérunt.	(<i>lxxviii.</i>)	[218].
Domine refúgium.	(<i>lxxxix.</i>)	[220].
Deus stetit in synagóga.	(<i>lxxxi.</i>)	[228].
Deus quis símilis.	(<i>lxxxii.</i>)	[228].
Dómine Deus salútis.	(<i>lxxxvii.</i>)	[231].
Deus ultiónum.	(<i>xciii.</i>)	[236].
Dóminus regnávít, exúltet.	(<i>xcvi.</i>)	[238].
Dómine exáudi. <i>ij.</i>	(<i>cxlii.</i>)	[239].
Dómine audívi.	(<i>Habacuc.</i>)	[240].
Dóminus regnávít, irascántur.	(<i>xcviii.</i>)	[246].
Dómine exáudi. <i>j.</i>	(<i>ci.</i>)	[248].
Deus laudem.	(<i>cviii.</i>)	[256].
Dixit Dóminus Dómino [meo].	(<i>cix.</i>)	[264].
Diléxi quóniam exáudiet.	(<i>cxiv.</i>)	[271].
De profúndis.	(<i>cxxix.</i>)	[283].
Dómine non est exaltátum.	(<i>cxxx.</i>)	[283].
Domine probasti.	(<i>cxviii.</i>)	[293].
Dómine clamávi.	(<i>cxl.</i>)	[295].
Dómine exaudi. <i>ij.</i>	(<i>cxlii.</i>)	[239].

E.

Exáudi Dómine justítiam.	(<i>xvi.</i>)	[27].
Exáudiat te Dóminus.	(<i>xix.</i>)	[35].
Exaltábo te Dómine.	(<i>xxix.</i>)	[141].
Exultáte justi in Dómino.	(<i>xxxii.</i>)	[144].
Expéctans expectávi Dóminum.	(<i>xxxix.</i>)	[175].
Eructávit cor meum verbum bonum.	(<i>xliv.</i>)	[179].
Ego dixi in dimídio.	(<i>Ezechie.</i>)	[186].
Exáudi Deus oratiómem meam : et ne de.	(<i>liv.</i>)	[193].
Eripe me de inimícis.	(<i>lviii.</i>)	[195].
Exáudi Deus deprecatiómem.	(<i>lx.</i>)	[197].
Exáudi Deus oratiómem meam cum dépre.	(<i>lxiii.</i>)	[198].
Exúrgat Deus et dissipéntur.	(<i>lxvii.</i>)	[200].
Exultávit cor meum.	(<i>Anne.</i>)	[203].
Exultáte Deo adjutori nostro.	(<i>lxxx.</i>)	[227].
Ecce quam bonum et quam jocúndum.	(<i>cxxxii.</i>)	[287].
Ecce nunc benedícite Dóminum.	(<i>cxxxiii.</i>)	[287].
Eripe me Dómine ab hómine.	(<i>cxxxix.</i>)	[294].
Exaltábo te Deus.	(<i>cxliv.</i>)	[300].

Tabula Psalterii.

	F.	
Fundaménta ejus in móntibus.	(<i>lxxxvi.</i>)	[231].
	I.	
In Dómino confído.	(<i>x.</i>)	[20].
Jubiláte Deo omnis terra.	(<i>xcix.</i>)	[44].
Júdica me Dómine.	(<i>xxv.</i>)	[86].
Iníquos ódio hábui.	(<i>cxviii.</i> viij. [<i>samech</i>])	[125].
In te Dómine sperávi. <i>j.</i>	(<i>xxx.</i>)	[142].
Júdica Dómine nocéntes.	(<i>xxxiv.</i>)	[146].
Júdica me Deus, et discérne.	(<i>xlii.</i>)	[178].
In te Dómine sperávi non confúndar. <i>ij.</i>	(<i>lxx.</i>)	[210].
Inclína Dómine aurem.	(<i>lxxxv.</i>)	[230].
Jubiláte Deo omnis terra psalmum	(<i>lxv.</i>)	[200].
In éxitu Israel de Egýpto.	(<i>cxiii.</i>)	[267].
In converténdo Dóminus captivitátem.	(<i>cxxv.</i>)	[278].
	L.	
Laudáte Dóminum de celis.	(<i>cxlviii.</i>)	[47].
Laudáte Dóminum in sanctis.	(<i>cl.</i>)	[47].
Legem pone.	(<i>cxviii.</i> iiij. [<i>he</i>])	[116].
Laudáte púeri Dóminum.	(<i>cxii.</i>)	[266].
Laudáte Dóminum omnes gentes.	(<i>cxvi.</i>)	[272].
Levávi óculos meos in montes.	(<i>cxx.</i>)	[273].
Letátus sum in his que dicta sunt.	(<i>cxxi.</i>)	[276].
Laudáte nomen Dómini.	(<i>cxliii.</i>)	[287].
Lauda ánima mea Dóminum.	(<i>cxlv.</i>)	[301].
Laudáte Dóminum quóniam bonus.	(<i>cxlvi.</i>)	[302].
Lauda Hierúsalem Dóminum.	(<i>cxlvii.</i>)	[302].
	M.	
Memor esto verbi.	(<i>cxviii.</i> [iv.] [<i>zain</i>])	[117].
Mirábília testimónia tua.	(<i>cxviii.</i> [ix.] [<i>pe</i>])	[132].
Miserére mei Deus secúndum.	(<i>l.</i>)	[150].
Magnus Dóminus et laudábilis.	(<i>xlvii.</i>)	[181].
Miserére mei Deus quóniam concul.	(<i>lv.</i>)	[194].
Miserére mei Deus miserére.	(<i>lvi.</i>)	[194].
Misericórdias Dómini.	(<i>lxxxviii.</i>)	[232].
Misericórdiam et judícium.	(<i>c.</i>)	[247].
Meménto Dómine David.	(<i>xxx.</i>)	[286].
Magnificat ánima mea Dóminum.	(<i>B. Marie, V.</i>)	[306].

Tabula Psalterii.

	N.	
Noli emulári in malignántibus.	(xxxvi.)	[148].
Nonne Deo subjécta.	(lxi.)	[197].
Notus in Judéa Deus.	(lxxv.)	[214].
Nisi quia Dóminus erat in nobis.	(cxxiii.)	[277].
Nisi Dóminus edificáverit.	(cxxvi.)	[281].
Nunc dimíttis servum tuum Dómine.	(Simeonis.)	[311].
	O.	
Omnes gentes pláudite.	(xlvi.)	[180].
	P.	
Príncipes persecúti sunt.	(cxviii. xj. [<i>schin</i>])	[133].
Parátum cor meum.	(cvii.)	[256].
	Q.	
Quare fremuérunt gentes.	(ii.)	[14].
Quicúnque vult salvus esse.	(Athanasii.)	[91].
Quómodo diléxi legem tuam.	(cxviii. vij. [<i>mem</i>])	[125].
Quemádmódum desíderat.	(xli.)	[177].
Quid gloriáris in malícia.	(li.)	[184].
Quam bonus Israel Deus.	(lxxii.)	[212].
Qui regis Israel.	(lxxix.)	[219].
Quam dilécta tabernácula.	(lxxxiii.)	[229].
Qui hábitat in adjutório Altíssimi.	(xc.)	[234].
Qui confídunt in Dómino.	(cxxiv.)	[278].
	R.	
Retríbue servo tuo vivífica.	(cxviii. ij. [<i>gimel</i>])	[88].
	S.	
Salvum me fac Dómine.	(xi.)	[22].
Si vere útique justítiam.	(lvii.)	[195].
Salvum me fac Deus.	(lxviii.)	[208].
Sepe expugnavérunt.	(cxxviii.)	[282].
Super flúmina Babylónis.	(cxxxvi.)	[289].
	T.	
Te Deum laudámus : te Dóminum con.	(Ambr. & Aug.)	[38].
Te decet hymnus Deus in Syon.	(lxiv.)	[199].
	U.	
Verba mea áuribus pércipe Dómine.	(v.)	[15].

Tabula Psalterii.

Usquequo Dómine obliviscéris me.	(<i>xii.</i>)	[22].
Ut quid Deus repulísti.	(<i>xxiii.</i>)	[213].
Voce mea ad Dóminum clamávi.	(<i>lxxvi.</i>)	[215].
Veníte exultémus Dómino.	(<i>xciv.</i>)	[237].-
Voce mea ad Dóminum clamávi.	(<i>cxli.</i>)	[295].

¶ *Finis tabule.*

Notes.

Notes, pages [349]-[372].

¹ SB-P:242.

² US-II:56. The Penitential Psalms were recited beginning on Ash Wednesday. The full rite appears in TUS:III-17 and in SP:22v.

³ SP:22v.

⁴ US-II:56

⁵ 1519-P172r gives music only for the first part of the litany; the music is set a fifth lower, in the F clef; “audi” is set C, C.

⁶ *dñm Byrkm.* 1525—6 ; *domnum Brev. Rom.* [SB-P.] SB-P:252 and 1531-P:49r have “donum”.

⁷ In SB-P 1879, but not in 1531, indices of Canticles, Sequences and Hymns follow this table.

⁸ Within each letter, the index is in order of occurrence in the psalter. This index is from SB-P:lv.